23.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

SISTENS

RESOLVTIONEM

CASVS HYSTERICO-EPILEPTICI

QVAM

FAVENTE SVMMO NVMINE

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

. IOANNE HENRICO SCHVLZE

EDICINÆ ELOQVENTIÆ ANTIQVITATVM ET
PHILOSOPHIÆ PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO
ACADEMIÆ CÆSAREÆ NATVRÆ CVRIOSORVM ET
REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARVM BERO-
LINENSIS SODALE

PRO GRADV DOCTORIS

VMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRI-
VILEGIIS MORE MAIORVM RITE
CAPESSENDIS

Ad d. Mart. Anni M DCC XXXVI.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS

OAN. FRIDERICVS ROEDIGERVS

SCHLIZA VARISCVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis IOAN. CHRIST. HILLIGERI, Acad. Typogr.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO MEDICA

DE

EPILEPSIA HYSTERICA SEV VTERINA.

Hiſtoria Caſus.

NObilis proſapiæ virgo annum ætatis vigeſimum ſecundum vix transgreſſa, temperamenti ſanguineo-melancholici, habitus corporis ſpongioſi paululum pallidi, ſatis vegetis ac ſanis parentibus prognata usque ad duodecimum ætatis annum ſana vixit; Nulla quippe molimina ad hæ-
iorrhagiam narium, nullos rhevmatismos, nec ullum iorbum alium præter paucas atque benignas variolas xperta eſt. Poſt annum memoratum v. ad hoc usque empus valetudinaria, imo conſtanter ægra exſtitit. Nam rimo ſcabie humida univerſali, poſt primam eruptioiem mox quidem exſiccata, paulo poſt tamen iterum rerudeſcente laborare cepit. Hæc cutis defœdatio tam ebellis atque pertinax fuit, ut nullis remediis, licet diahoretica, ſudorifera, ſpeciatim eſſentia lignorum, æhiops mineralis, unguenta mercurialia, pediluvia, quid? quod ipſa ſalivatio per inunctionem externam excitata, liaque in uſum vocata fuerint, obtemperaret, ſed proinus poſt aliqualem remiſſionem rediret, & quidem aliquando, cum mercurialia largius adhiberentur, viſus ob-

 ſcura-

ſcuratione, elapſis 16. circiter diebus denuo tamen ſponte evaneſcente, ſtipata. Cum itaque hæc ſca nullis remediis internis & externis, præprimis ſud feris ultra biennium uſurpatis cederet, ſed ſæpius re rens, circa novilunium plerumque exacerbaretur, dici tandem negotium menſtruum reſpicere, idem variis pharmacis, præprimis Elixirio proprietatis P celſi ſine acido, in notabili quantitate ſucceſſive pro nato, nec non fonticulo in pede excitato, promov tentarunt: verum cum & hic incaſſum laborarent, æ pharmacorum tandem pertæſa rem ſoli naturæ com ſit. Quo facto fluxus menſtruus, licet parcus, ſpo ſupervenit, & ſcabies quoque exſiccare ac penitus ſparere cepit. Ab illo tempore fluxus catamenior ſtatis temporibus quandoque quidem contingit, ſed n quam ſufficiens ſanguinis quantitas, nec ille cum de euphoria excernitur. Fluxum hunc, quod ſilentio r prætermittendum cenſeo, circa novilunium ingru tem vomitus, frigus corporis cum æſtu alternante, ſitudo membrorum, ſomnolentia & plenaria appeti proſtratio ordinario præcedere, atque ipſe deinde xus vix ultra triduum durare ſolet. Maxime autem tari meretur, ægram tertio ante novilunium die, app pinquante meridie, præſertim quando leviorem cor ris refrigerationem perpeſſa eſt, ter vel quater intr vel 8. horarum ſpatium motibus convulſivis reſpe temporis ac numeri irregularibus corripi. Hi ſub tus convulſivi in pede dextro, in quo fonticulus ex tatus adhuc humiditate emanante ſcatet, incipiunt, deinde ſpinam dorſi atque caput invadendo, poſter vix tamen per dimidium temporis minutum ad alter

la

us cum inſigni dolore detorquent. Pollices ſub pa-
xyſmo hoc convulſivo non retrahuntur in volam, ſed
iesſolummodo rubore ſuffuſa tandem palleſcit. Con-
ctio hæc violenta ſpaſtica ſex abhinc menſibus fortior
t, & præter pedem dextrum etiam brachium ac in-
rum latus valde adfligebat: ægra tamen tunc tem-
ris, quando paroxyſmus ſtantem aut ſedentem cor-
iebat, in poſitu illo corpus brachio ſiniſtro ſufful-
n tenere poterat, jam vero & hoc beneficio orbata
it, atque malum dextri quoque lateris partes invade-
ninatur. Paroxyſmus noctu inter dormiendum quan-
que ſuperveniens ronchis, reſpiratione anxia, & mo-
artuum violento ſtipatus eſt; quod ſi v. vigilantem
adit, ſymptomata adſpectu non tam horrenda ſunt,
oniam ægra pudibunda, præſertim peregrinis præſen-
us illorum truculentiam paululum, ut videtur, cohi-
e valet: corpus quippe tunc ſolummodo rigidum
ditur, & os ab una aure ad alteram violenter diſtor-
etur. Aliquoties quoque accidit, ut ægra, quando ſe-
ſub paroxyſmi acceſſu, nullo corpore ſuffulcire po-
t, concidens ita terrore perculſa fuerit, ut paroxyſmus
im remiſerit. Hactenus ſæpius conqueſta eſt, do-
em tenſivum ac convulſivum eodem modo caput
cupare, quo alias pedem atque manum, & naſum quo-
e cum inſigni cruciatu contrahere, deinde vero dentes
ue pectus invadere, ut ſuffocationis periculum perſæ-
incurreret, nec ullum ſonum vociferari intendens ede-
valeret. Hiſce tandem ſuccedit extraordinarius ca-
is ac manuum tremor, & ſingula hæc ſymptomata or-
ario inſultum convulſivum ſupra deſcriptum atque
c maxime noctu, præprimis ante decreſcentem lunam

 ſuper-

ſupervenientem ſubſequuntur. Pes dexter ad huc
more laborat, & ſub ſcarificatione magna ſanguinis
pia ex illo pede effluit. Ægra de cetero, ut vitam an
ctam & diætam paululum quoque attingam, cibis du
ribus quotidiani in Saxonia inferiori uſus, nec non plac
tis ab incunabilis quidem adſuefacta eſt, iisdem tamen
ctenus valedixit, & in prandio parum præter juſcul
tenuius, tempore cœnæ vero nihil plane adſumit;
tra ordinarium autem veſcendi tempus, evpeptis, &
pellente appetitu depravato variis incongruis in qua
tate majori uti videtur. Potulenta parcius haurit, u
rina proinde plerumque valde ſaturata exiſtat, & al
non levi ſegnitie laboret. Aere non adeo ſalubri ob
tium cubiculi anguſtioris ſuper cellam ſubterraneam
ſtructi fruitur, & motum corporis quoque ſerio a M
cis commendatum vitæ tranquillæ ac paululum ſolit
amore ducta negligit, licet neceſſariis ad ambulandum
ribus nondum deſtituatur. Somnus, cui plus juſt
dulget, inquietus eſt, atque utplurimum terrificis i
mniis turbatur. Ad animi adfectus præſertim terro
ac mœrorem admodum proclivis exiſtit, & ſuſpicio q
que adeſt, eandem adfectu amoris clanculum labor
Ordinaria molimina catameniorum eruptionem ant
dentia ſudatiuncula, alias apud illam rariſſima, com
tur, atque pili capitis, non obſtante reiterata ac frequ
tiſſima purgatione, ob copioſas exhalationes pin
mutuo implicati obſervantur. Sanguis, cujus imm
tionem venæſectione bis quotannis inſtituta, & ali
ties inſuper cucurbitulis ſcarificatis pedibus adpli
procurare conſuevit, vena extractus annis ab hinc du
paululum mucoſus, jam vero rubicundus pauco ſer

us apparet. Pulſus in paroxyſmo convulſivo parvus
tardus, extra eundem vero magnus & tardiuſculus exi-
:. Hactenus interne uſurpata fuerunt mixtura ex ſpi-
ú ſalis ammoniaci, tinctura ſuccini & antimonii, infu-
n enimenagogum, quod nonnulla aromata ingrediun-
, ſpecies pillularum BECHERI, interpoſitis pulveri-
s ſalinis, nec non pulvis e lumbricis terreſtribus & ta-
leporum, eſſentia ſuccini cum ſpiritu nitri dulci & eſ-
tia caſtorei mixta, ut & ad ventriculi imbecillitatem cor-
endam eſſentia cort. citri, & aurantiorum inter pran-
ıdum exhibita; Alvus obſtructa ſale Anglicano ad un-
m ſemis una vice adſumto, quoties neceſſarium fuit, re-
ıta eſt. Externe præter venæſectionem quandoque
niniſtratam unguentum ab Illuſtri HOFFMANNO
Notis ad Poterium deſcriptum applicavit, & diſcutien-
ſine pedem dextrum tumidum aqua Reginæ Hungariæ
nxit, ſenſit tamen, plus eandem obesſe, quam prodeſſe
rimarium malum citius reducere. Pediluvia quoque
um attulerunt levaminis, nec ſemel accidit, ut paroxyſ-
s, quando ægra inter lavandum in ſomnum lapſa, pe-
in aqua interea refrigerata ultra horæ ſpatium relin-
ebat, ſuperveniret. Præter ſuperius memoratas cau-
ſequentia quoque aliquid ad morbi productionem &
gmentum contuliſſe videntur. Ægra aliquot ab hinc
ıis incubo & terrificis inſomniis frequentius vexata,
dente Medico potum largiorem, tempore hyemali ex
pria electione aquam frigidam ad 2. 3. imo quatuor
nſuras quotidie hauſit, & fonte amaro quoque uſus
nullam tamen incubi remiſſionem ſenſit. Autumno
equente novo malo, eryſipelacea videlicet pedis dex-
nflammatione poſt quatuordecim dierum decurſum

in

in ulcus degenerante afflicta eſt, quod ulcus tamen
proprio auſu unguento de ceruſſa conſolidavit. I
eryſipelas adhuc bis pedem memoratum occupavi
tunc vel ſponte diſparuit, vel pulveribus antifebr
profligatum fuit. Rebelle interea hoc malum, quo
huc curatione indiget, mihi occaſionem præbuit, d
lepſia in genere & ſpeciatim de Epilepſia hyſteric
uterina, qua ægra noſtra quoque laborat, differendi.
xit Deus ter optimus, terque maximus, ut conamin
in ſui gloriam & proximi emolumentum cedant.

§. I.

IN corpore humano, recte judicante HIPPOCR
a), confluxus eſt unus, conſpiratio una, & omnia conſe
tia. Conſentiunt quippe partes membranacea
membranaceis, vaſculoſæ cum vaſculoſis, muſculoſa
muſculoſis, glanduloſæ cum glanduloſis, & partes
ctura diſſimiles jure vicinatis, officii & communi
nis cum diſſimilibus; quemadmodum hæc multis
mentis, ſi circumſtantiæ poſtularent, demonſtrari
vinci poſſent.

§. II.

Non mirandum eſt, partes corporis humani
gnem eiusmodi fovere conſenſum. Corpus enin
chinam ſiſtit præſtantiſſimam, in qua cuncta nu
pondere, & menſura facta eleganti nexu cohærent,
homo, uti DANIEL MAJOR Profeſſor olim Kilo
ſis perbelle differit *b) rerum creatarum princeps & plu*

a) Lib. de aliment. b) In Diſſert. de aurea Catena Jovis co
miſſa Cap. II. p. 17.

um Naturæ Architectricis Cimelium eſt, nulla ingenii linea ιtus emetiendum. Nam ſive machinam quandam ſpirantem ·aulicam velis cognoſcere, ſive pyrotechnicum contra, & fer- naturæ ergaſtulum; ſive molem figuris eumetricis innu- is ſcatentem; ſeu magnifice conſtructam domum, thronum, & næ ſapientiæ acroaterium; ſive arithmologium aut abacum quam Pythagoricum; ſive machinam perpetui motus, anti- us facile perſtituram, niſi Adamus a ſtatu innocentiæ im- ide defeciſſet; ſive proſpectivam tantisper qualemcunque cretiores naturæ latebras; ſive clauſtrum naturæ anemium, acibus faucium fiſtula inſtructum; ſive bilancem oſſeo-car- n exacti æquilibrii; aut quidvis aliud: ubivis invenies, ut ectatione plura, ſic maiora eloquio. &c.

§. III.

Quamdiu in hac machina motuum æquilibrium & ıalis inter ſolida ac fluida niſus & reniſus vigent, tam- quoque ſanitatis vigor, & quarumvis actionum inte- :as perdurant. Quamprimum vero memoratæ æqua- ti inæqualitas ſuccedit, & ſolida preſſione ſua reſiſten- n fluidorum, aut fluida preſſione ſua reſiſtentiam ſo- orum nimium ſuperant, varii morbi ingruunt, & mul- imo interdum quælibet actiones turbantur.

§. IV.

Dictorum veritas inter alia per motus convulſivo- lepticos abunde comprobatur. Truculentum enim ue herculeum hoc malum, ab aliis quoque morbi *co- ialis*, c) *ſontici*, d) *caduci*, e) *ſacri ac divi*, f) nomini- bus

) Celsvs Lib. 3. cap. 23. d) Sennert. in inſtitut. P. 3. Lib. 2. Sect. cap. 9. e) Idem loco citato. f) Hippocr. de morbo ſacro. Trallianvs Lib. 1. cap. 15.

bus inſignitum, primariam ſedem in cerebri menin-
bus figens in momento ferme fulminis, aut procella-
ſtar ad univerſum genus membranaceum propagatur
partes annexas cum horrenda violentia in motus ve-
mentes & irregulares rapit, atque totam machinam
quascunque in ea actiones mirificis ſucuſſationibus
bat, ut hinc nonnulli idem haud incongrue cum te-
motu comparari poſſe putaverint. Quemadmodum
nim, ut Senecæ verbis g) quodammodo utar *in terræ m-
terra modo tremit, modo luxata ſubſidet, nunc in partes diviſ-
ſcedit, nunc amnes notæ magnitudinis convertit introrſus,
novos exprimit - - faciemque mutat locis, defert montes, ſu-
git plana, valles extuberat, novos in profundo inſulas erigi-
mille miracula movet*; Sic convulſio epileptica quo-
modo analogo tumultus in corpore animali excitat
partem hic violenter conſtringit, ibi extendit, hic er-
ibi laxat, fluida in hoſce meatus copioſius ac vehem-
tius impellit, in aliis influxum & circulum imminuit,
plane ad tempus ſiſtit, & mirifica in toto producit ſy-
ptomata. Superveniente enim paroxyſmo epilep-
æger quaſi fulmine tactus concidit, corpus cum parti-
ſuis mire ac crudeliter convellitur, caput non raro
vimento illiditur, facies inflatur, dentes ſtrident, & a-
firmiter quandoque committuntur, ut linguam ægri-
terdum commordeant; ſenſationes pereunt & ſuſp-
duntur, oculi clauduntur, vel invertuntur, ac cont-
quentur, aut prominent, & pollices in volam retrah-
tur. Hiſce plerumque, præſertim in ſtatu graviori, j-
gitur reſpiratio ſuffocatoria, qualis laqueo ſuſpenſis, ſ

g) In quæſtion. natural. Lib. 6. cap. 4.

æ interdum fœtentis & rubellæ protruſio ante os, pul-
s frequens, tremulus, durus, inæqualis, varius. Sæpius
oque in adoleſcentibus penis cum ſeminis eiectione e-
gitur, in aliis urina & excrementa vi extruduntur; hinc
iam Aretæus inquit: *Triſte medius fidius eſt ipſius inva-
nis ſpectaculum; turpis & eius deſinentia cum ſtercore &
io & ſpontanea ventris ſolutione &c. h*). Malo mitiori
iſtente, membra ſolummodo rigida evadunt, & ita ex
rte contrahuntur, ut ſub inſultu extendi nequeant.
xantlato paroxyſmo ægri ab initio, ut cum Aretæo
quar, membris ſegnes ſunt, capitis gravitate premun-
r, diſſoluti ſunt, languidi, pallentes, conſternati ani-
o, & ob laſſitudinem morbique verecundiam contri-
ntur. Plura de hiſce videantur apud Aretæum l. c.,
llinum Tract. de morbis capit: in oper. p. 564. & apud
os, qui fuſius de Epilepſiæ ſymptomatibus egerunt.

§. V.

Diſtinguit ſeſe hoc malum ſpecificis ſuis ſignis a
orbis aliis, qui quadam ſymptomatum & cauſarum ana-
gia gaudere videntur, videlicet a Catalepſi, Apoplexia,
ncope, & ſimilibus. In catalepſi corpus repente ita
get, ut ex rigido ferro, aut inflexili ligno compactum
deatur; ægri illum corporis ac membrorum poſitum,
o correpti fuerunt, imo priores geſtus retinent, ut in
tuas converſos putares. In epilepſia vero caput, ac
embra reliqua, horrendum in modum convelluntur at-
e diſtorquentur. In apoplexia, quæ non raro tamen
m epilepſia, aut hæc cum illa complicatur, ægrotantes
idem in terram dejiciuntur, & ſenſu ac motu voluntario

B 2 plus

h) Lib. de cauſis & Notis diuturn. adfect. cap. 4.

plus minusve privantur, ea tamen nequaquam viole
proſternuntur, ut in epilepſia, ſed tantum nullo cor
ſuffulti collabuntur, nec corpus deinde tam crude
concuſſione dilaniatur atque diſperditur; ut in epile
In ſyncope denique pulſus cordis & arteriarum nec
reſpiratio adeo quandoque imminuntur, ut vix vel in
dum plane non ſentiantur, & æger pallidus oculis
perfecte vel maxima ex parte clauſis jacens diem ſuum
obiiſſe videatur. In epilepſia contra palpitationes
dis, pulſus frequens, tremulus, durus & inæqualis, reſ
tio ſonora ac ſpumida violentam capitis atque mem
rum ſuccuſſationem comitantur, & hunc morbum a
lo ſufficienter diſtinguunt. Verum ulteriori ſympto
tum recenſioni non immorabimur, ſed ad ſubiecti &
ſarum evolutionem progrediemur.

§. VI.

Horrenda in epilepticis tragœdia luditur quider
toto corpore, & partes quælibet in conſenſum tractæ
turam patiuntur: verum cum cauſæ primariæ ſede
capite & violentæ contractionis initium in dura meni
deprehendatur, non incongruum mihi videtur, ſi il
ipſam membranam ſubiectum primarium vocare au
Hæc membrana una cum pia meninge ambitu ſuo, æ
ac peritonæum atque pleura abdominis & thoracis vi
ra ſolent, cerebrum cum cerebello & medulla ſpinali
volvit, defendit, & ab invicem diſtinguit; præterea c
brum, ne mole ſua in ſe ipſum concidat, aut nervos
mat, juxta GALENVM *de uſu part:* ligamentis vulca
de cranio, quaſi de tholo ſuſpendit, *i*) & omnes ner

i) Conf. SLEVOGTII Diſſ. de Dura meninge §. 1.

univerſum corpus diſtributos comitatur, ac motum
uidorum ſubtilium in illis, leniter in ſtatu naturali ſuc-
ſando promovet; adeoque elaſticæ huic membranæ
tium quoque ſenſibilitas primario in acceptis feren-
omniumque membranarum origo ab ea derivanda eſt.
m quoque ejusdem propagines una cum nervis mu-
loſam corporis machinam & vaſorum ſanguiferorum
icas copioſe ingrediuntur, hoc & aliis quoque modis
ltum, imo plus forſan, quam ipſum cor in ſanguine
pellendo valet: quemadmodum hoc inter alia in ira-
dia fortiori luculentiſſime obſervare licet. Quando-
dem ſub ea ob vehementem duræ meningis contra-
nem fluida omnia in curſu ſuo turbantur, ſanguis &
dum nerveum impetuoſius influunt in fibras muſcu-
s & robur inſigniter augent, imo latex ſanguineus vi
peripheriam corporis protruſus ruborem oculorum
aciei, intumeſcentiam venarum & ſimilia producit.
culentius adhuc dicta probantur per ſequens experi-
ntum a BAGLIVIO aſſiduo & accurato naturæ ſoli-
um indagatore ſuſceptum: Hic aliquando duos ca-
moloſſos virium æqualium, per integrum menſem
e paſtos & ſatis vegetos ſumſit & ambobus tabulæ al-
tis, arteriam cruralem denudavit: Alteri deinde cra-
m methodo chirurgis notiſſima terebrare, alteri vero
oſtis e directo ſupra cor poſitis cultro inciſionem fa-
e juſſit, ut cor facto parvo foramine, quoties place-
, pungere potuerit. Hiſce peractis ordinavit, ut duo
rurgi eodem tempore ambobus canibus arterias cru-
es lanceola aperirent, unicuique ſuam arteriam. Quo
o ſanguis magno cum impetu ex arteria utriusque
ſiliens arcum quatuor aut quinque circiter palmo-

rum altitudinis formavit, qui etiam dictam altitudin
per breve tempus ſervabat: tunc applicata ſpongia 1
dida arteriam obturavit. Deinde terebrato duram r
ningem, alteri v. per factam aperturam cor ipſum p
gebat, & obſervabat ſpongia ablata in actu puncturæ ſ
guinem ex arteria utraque cum impetu quidem proſili
longe maiorem tamen arcum in cane terebrato, quot
dura meninx pungebatur, efficere, quam in altero, qu
do cor puncturas ſuſtinebat *k*).

§. VII.

Hactenus recenſitis paulo accuratius penſitatis i
mediata motuum epilepticorum cauſa nemini ampl
adeo obſcura & incognita erit, ſed liquido conſtabit,
lam in inæquali ſolidorum ac fluidorum niſu & reniſu, ſ
ut hoc clarius reddam, in præternaturaliter aucta & v
lenta duræ meningis & membranarum annexarum c
tractione conſiſtere, ita ut preſſio ſolidi membrana
præſertim meningæi liquidorum ad contactum fibræ c
neæ & nervoſæ currentium reſiſtentiam longe ſupe
eademque quaquaverſum impetuoſe procurrere, aut
iam hinc inde ad tempus conſiſtere cogat. Dictum qu
pe fuit in antecedentibus, duram meningem non ſol
omnium membranarum baſin & originem exiſtere,
cum nervis quoque in univerſum corpus diſcurrere
blanda ſua ſuccuſſatione fluidum ſpirituoſum promo
re ac circumpellere, & valide quoque ſanguinis circuit
adjuvare. Poſitis hiſce atque intellectis facile quoq
perſpicere licebit, duram matrem per cauſam quand
ad contractionem juſto vehementiorem concitatam, n
tu

k) Vid. Tract. de fibra motrice in oper. p. 289.

um hunc violentum in momento quaſi connexis mem-
ranis reliquis, ceu appendicibus ſuis, & per illas deinde
artibus coniunctis aliis communicare & illas in ſimilem
otum exorbitantem rapere: quo neceſſario deinceps
eri debet, ut quædam fluida impetuoſius in fibras mu-
culares influant, & in muſculis motus conſtrictorio-
oncuſſorios augeant; quædam vero v. g. illa fluidi ſpi-
tuoſi quantitas, quæ nervis ſenſoriis expandendis dicata
t, in influxu & progreſſu ſuo ob violentam a forti du-
e meningis conſtrictione enatam nervorum quorun-
am compreſſionem intercipiatur ac retardetur, & utro-
ue modo tot horrenda ſymptomata, quæ partim in mo-
uum exorbitantia uti v. g. vehementes capitis ac mem-
rorum agitationes &c. partim in motuum impedimen-
o ac remora, uti ſenſuum abolitio &c. conſiſtunt, ena-
antur. Confirmant hæc poſteriora DVRETVS, &
. HOFFMANNVS; Prior enim inquit: *Cerebrum epi-
pticum contrahit eas partes, quæ iuſſu noſtro moventur, nem-
muſculos: reſolvit vero, quæ ſua ſponte & independenter a
bis, ut ventriculus, inteſtina* &c. *l*) Poſterior vero multo
ccuratius & quidem ſequentem in modum de illis diſ-
rit: *Quoniam autem*, ſcribit *m*) *dura mater omnium fere
natomicorum conſenſu radix & principium eſt omnium mem-
ranarum: aliter fieri nequit, quin arctum cum ipſis foveat
nſenſum, quæ in mutua inordinatarum (nimirum in epilepſia
c.) motionum communicatione conſiſtit. Quum autem ex
c auctiori duræ matris ſpaſmo, nervi potiſſimum, qui ad ſen-
ria abeunt, fortiter conſtringantur, ut omnis fere liquidi te-
uiſſimi influxus intercipiatur: fit inde, ut inperfecta ac com-
pleta*

l) Fol. 337. *m*) In Med. Syſt. Tom. IV. P. III. p. 9.

pleta epilepſia omnes tam interni, quam externi ſenſus ceſſ *Contra vero ad organa motoria maior atque vehementior fl* *huius mobiliſſimi fit impulſio atque influxus: & hinc terri* *illa artuum & muſculorum diſtenſio, contractio, ſuccuſſio &* *tatio erit deducenda &c.*

§. VIII.

Quæcunque memoratam niſus & reniſus inæqu tatem ſive poſitive, ſive privative inducunt, & violen duræ meningis, aliarumque membranarum contrac nem concitant, cauſæ mediatæ proximiores audiunt. C ſis poſitivis potioribus *ſtimuli*, & *commotiones pathe* *graviores*: privativis vero *excedentes, humorum* naturali laudabilium *evacuationes* quas alii quoque exinanitio vocant, accenſentur.

§. IX.

Sub ſtimulorum nomine quælibet corpora, ſive ſubtiliora, ſive craſſiora, comprehenduntur, quæ fig acuta ac rigida gaudent & prædictas membranas, pung do ac vellicando ad conſtrictiones vehementes im lunt. Corpora hæc ſtimulantia vel intrinſece vel ext ſece duram matrem in epilepſia idiopathica, vel et alias membranas in quibusdam ſympathicæ ſpecie vellicant. Ad ſtimulos intrinſecos ſpectant primo a monia quævis ſalina, quæ ab humoribus circulanti ſecreta & ad membranas cerebri delata fibris ſenſibili & elaſticis infigitur, & continuis puncturis easdem contractionem præternaturalem ac vehementem co tat. Abunde hæc per cauſas quasdam occaſionales liaque probatur. Notum quippe eſt, frequentiſſim neæ capitis, ſcabiei univerſali *n*) impuritatibus arthri

n) Vid. Ill. HOFFM. Med. conſult. verſ. lat. P. I. cap. 28.

el retrogreſſis vel imprudenter retropulſis, variolis, orbillis, maculis purpuratis, petechialibus aliisque, exthematicis, vel non ſatis expulſis vel recedentibus, ul-ribus inveteratis conſolidatis, nec non febribus interittentibus intempeſtive ſuppreſſis *o*) epilepſiam ſucdere: nec minus cognitum eſt, lui venereæ confirmatæ iandoque motus epilepticos complicari *p*) & ſic porro.

§. X.

Enaſcitur perſæpe vellicans hæc acrimonia ſalina ex ægreſſa vel concomitante nimia vaſorum cerebri a nguine copioſo ac ſpiſſo, vel acri cacochymico reple- one; hinc etiam obſervamus, ſubiecta plethorica & cochymica frequentius epilepſia, aliisque motibus nvulſivis corripi. Quando enim ſanguis copioſus, iſſus & impurus vaſa cerebri præprimis ſinus duræ mengis replet, non tantum mole ſua cerebro & meningis moleſtus eſt, & facile ob ſpiſſitudinem periculoſas ſtructiones parit, ſed etiam, quod hoc loco maxime tandum venit, ſub ſtagnatione ſerum acre cauſticum mittit, quod deinde ſpiculis ſuis fibris duræ meningis ac rvis infixis convulſivas conſtrictiones provocat. *Nam prium eſt ſanguinis circulantis, quando tardiori motu prolit, ut ſerum ab eius ſinu ſecernatur vel maiori vel minori ia, prout motus erit magis vel minus retardatus q*). Falius memoratæ repletiones & contractiones violentæ cidunt, ſi conſuetæ ſanguinis evacuationes tam naturas, quam artificiales vel deficiunt, vel ſuppreſſæ ſunt, vel negligentia quadam omittuntur & ſanguis ex parti-

o) Id. Lib. cit. Caſ. 29. *p*) WEDEL. in Pathol. gener. p. 629.
q) BAGLIV. in oper. pag. 330.

bus inferioribus obſtructis aut ſpaſtice adfectis regur
tare, atque copioſius & impetuoſe verſus capitis par
promanare cogitur, aut corpus cacochymicum exiſ
In priori enim caſu non ſolum ſpaſmi ob nexum memb
narum atque nervorum arctiſſimum ſuperioribus par
bus ab inferioribus communicantur, ſed moleſta quoq
ſanguinis moles ad caput per ſpaſmos urgentes propu
vaſa cerebri & meningum nimium implet; in poſteri
ri vero corpus craſſa & acri lymphæ ac ſeri impurit
ſcatet: hinc non mirandum eſt, humores eiusmodi
pravatos meatus & exiliſſima cerebri vaſcula tranſeun
facile hinc inde ſubſiſtere, ſtagnare, & particulis ſuis ac
bus, rodentibus ac rigidis duram meningem ad cont
ctionem convulſivam impellere.

§. XI.

Inter ſtimulos frequentes epilepſiæ idiopathicæ a
tores porro locum inveniunt vermes intra cranii cavi
tem ſtabulantes, ulcera cerebri & capitis interna, r) g
viores capitis & cranii per *vulnerationem, fracturam, perc
ſionem, depreſſionem &c. inductæ læſiones, feſtucæ cranii du
matri inflictæ, imo ſpinæ oſſeæ in baſi cranii, & ſubinde in ſ
falciformi vel lateralibus enatæ* - s) pulveres ſternutato
ſubtiliores & acriores nimium uſurpati, halitus ſalin
ſulphurei elaſtici & acres per nares intra cerebrum adm
ſi, & huius generis alia per experientiam, & Medicoru
obſervationes comprobata, quæ vellicationem aut, vi
lentam diſtenſionem efficiendo duram matrem ad veh

me

r) FERNELIVS Lib. 5. de part. ſympt. ac morb. cap. 3. & 2. de a
dit. rerum cauſ. cap. 15. s) Vid. Illuſtr. DN. HOFFM.
Med. Syſt. Tom. IV. part. III. pag. 10. & 13.

entem contractionem adigere valent. Quod vermes idem attinet, dubitabunt forſan nonnulli, an illi in ipſo pite nidificantes quandoque motuum epilepticorum uſa exiſtant: verum & de hoc nequaquam dubitandum t, quum varia argumenta ab obſervatione deſumta id ficienter comprobent. Certum enim eſt, vermes aliando intra cranii cavitatem repertos fuiſſe; rationi & perientiæ quoque reſpondet, vermes roſtris ſuis acutis embranas cerebri ad epilepticam conſtrictionem vellire poſſe. Prius HOLLERIVS *t*) BENIVENIVS *u*) ANCISCVS HILDESHEMIVS, *x*) aliique obſertionibus ſuis confirmant; poſterius vero inter alia M. ELWINGII relatione ANNALIBVS WRATISLAENSIBVS *y*) inſerta non parum illuſtratur. Hic quipſæpius reiterata experientia ac propria inſpectione ectus l. c. narrat, alces in Poruſſia, Livonia, aliisque reonibus ſeptentrionalibus frequentiſſime, quod alias etn iam notiſſimum eſt, epilepſia corripi, & hanc epileam a certis muſcis ſeu potius crabronibus in magna pia intra cranii cavitatem in ipſo cerebro reperiundis oduci. Quando caput aperitur, ingens quandoque iusmodi inſectorum turba diverſæ magnitudinis extraur, imo ab animalibus vivis perſæpe ſternutationis beficio, præſertim menſe Auguſto, quo alces vehemenores & frequentius redeuntes paroxyſmos epilepticos periuntur, hæc inſecta numeroſiſſime per nares expelntur. Notari quoque adhuc debet, crabrones memoos etiam in cute alcium, imprimis circa ſpinam dorſi

C 2 nidi-

t) Lib. I. in ſchol. ad cap. 54. *u*) Obſerv. 100. *x*) De cerebri & capitis morbis int. p. 45. *y*) Part. VI. ann. 1718. pag. 1746.

nidificare, & certis temporibus maxime autem in Au
ſto cutem ſeu corium perforare. Qua via hæc inſec
quum nulla generatio æquivoca admitti queat, in cra
cavitatem perveniant, nondum ſatis exploratum eſt. P
babile tamen videtur, crabrones autumno approp
quante ovula ſua aculeo genitali per exigua oſſis cribr
foraminula in cranii cavitatem protrudere, ubi dein
excluſa progenies verminoſa creſcit, & ſupra dictas du
matris roſiones ac vellicationes efficit: quod fuſius f
ſan, ſi tempus, ſpatium, & inſtituti ratio prolixiorem v
tilationem permitterent, demonſtrari poſſet.

§. XII.

Quum hactenus præcipua de ſtimulorum natura
varietate in epilepſia propoſuerimus, ceu neceſſarium
huc reſtare videtur, ut fuſius quoque probemus, du
meningis, & per eam deinde reliquarum corporis me
branarum contractiones convulſivo-epilepticas per ſ
mulos eiusmodi concitari poſſe. Optime hoc fieri p
terit per experimenta a Medicis doctis & curioſis cum
vis animalibus ſuſcepta. Placent præ ceteris experime
ta ſæpius allegati BAGLIVII, quæ in *tractatu de fibra m
trice* z) recenſet. Hic nempe, cum crania ovium rece
natorum cultro ſubtiliſſimo attolleret, non ſolum ordin
tam & continuam pulſationum ſeriem in dura mat
ſpectavit, ſed etiam, cum diverſimode illam acubus t
nuiſſimis pungeret, & acres liquores inſtillaret, obſ
vavit, in omnibus fere partibus, quando dura mater a de
tra pungebatur, motus convulſivos excitari, & quidem
illo latere, in quo ipſa puncturas ſuſtinebat, vehementi
ſimo

z) In Operibus p. 274. 277. 278. &c.

ſimos. Idem accidebat, ſi a læva pungebatur. Generaliter tamen labefactato poſt puncturam meningis tono confuſio incredibilis in partibus omnibus infernis tam ſentientibus, quam ſe moventibus naſcebatur, primo quidem in capite, deinde in reliquis. Factis quoque, ut ille l. c. pergit, variis terebrationibus in vertebris ſpinalis medullæ canis, ſuis, leporis, &c. animadvertit, quod ſpirituoſa & leniter aromatica ſtatim poſt ſiringationem levem quidem tremorem excitaverint, paulo tamen poſt animal ſe hilariter, & magis vivide geſſerit; At inſtillatis liquoribus acidis, præſertim concentratioribus v. g. ſpiritu vitrioli, nitri &c. ſtatim tremores, convulſiones, ululatus, tumores abdominis, vomitus, ſtupores, paralyſes, impotentiæ ad motum, urinæ aut fecum copioſæ excretiones, aliquando totales eorundem ſuppreſſiones, & hiſce ſimilia pro varietate læſionis & punctionis meningum ſpinalis medullæ orta fuerunt.

§. XIII.

Præter ſtimulos hactenus recenſitos, qui duram meningem immediate adficiunt, & epilepſias idiopathicas producunt, plures alii adhuc cogniti ſunt, qui per conſenſum agunt: quo pertinent vermes in inteſtinis, ſpaſmi graviores ventriculi, hyſterici, hypochondriaci, colici atque nephritici, otalgia & odontalgia intenſior, dolores graviores a dentitione difficili in infantibus, partus difficilis, puncturæ nervorum, ſemen acre retentum, ictus ſcorpionum, morſus canis rabidi, aliorumque animalium venenatorum, venena mineralia cauſtica adſumta & huius generis alia, quorum explicationem uberiorem in præſenti prætermittimus, præſertim cum ſingula partim ex conſenſu membranarum & nervorum arctiſſimo, partim

ex materiæ peccantis translatione ad caput facili negot
explicari queant.

§. XIV.

Nunc ad alteram epilepſiæ cauſam primariam pr
gredior, quam animi pathemata naturales limites exc
dentia præprimis ira & terror, nec non meditationes pr
fundiores protractæ, & inſanus amor conſtituunt.
noxia horum in hoc paſſu energia nullo modo dubit
licebit, quum multæ obſervationes ſatis ſuperque pr
bent, adfectus animi graviores in momento ſine ulla pr
exiſtente cauſa materiali motus convulſivo-epileptic
provocaſſe; Nec rationi quoque contradicit: certi
mum enim eſt, adfectus immediate, licet modus nos
teat, in nervoſas & membranaceos corporis partes age
duram meningem ad vehementem criſpaturam & co
tractionem impellere, fluida plus iuſto expandere &
& excretiones imminuere ac varie turbare. *a*). Not
quoque dignisſimum eſt, motus hoſce impetuoſos
fluida a ſolidis violenter commotis in uno corpore dep
vata, in aliud antea perfecte ſanum derivari poſſe.
ſtantibus quippe obſervationibus nutrices iracundia fo
tiori excandeſcentes, aut gravi terrore perculſæ non ra
quando infanti ubera ſtatim præbuerunt, epilepſiam
infantibus produxerunt: *Vidimus*, inquit WEDELIVS
*infantes a ſolo graviori affectu animi nutricis citra aliam ma
feſtam rationem morbo hoc correptos & quidem graviſſime.*

§. XV.

Explicatæ duplici cauſæ poſitivæ jungenda venit te

a) Conf. Ill. DN. HOFFM. in Med. Syſtem. Tom. IV. P. III. cap.
b) In Pathologia generali p. 627.

Privativa dicta, quæ in nimia fluidorum utilium v. g.
oris, liquidi nervei, lymphæ, ſeminis & maxime ſan-
nis exinanitione per frigus, inediam, ſtudia, labores,
tus corporis intenſos, venerem immodicam & præ-
uram, hæmarrhagias excedentes, venæſectiones lar-
res &c. inducta conſiſtit. Nam poſito horum defe-
poſitaque eorundem nimia evacuatione, proportio-
us niſus & reniſus inter ſolida & liquida, qui alias du-
e ſanitate viget, perit ac tollitur, & ſolidorum elater
ntenditur, ut illa presſione ſua fluidorum nimis immi-
orum reſiſtentiam longe ſuperent, & proinde non ſo-
ipſa in motus convulſivos ruant, ſed fluida quoque
otus irregulares conjiciant. Verisſimum enim e-
it, partes ſolidas præſertim membranaceas mirabili
dere vi contractoria, & illam ipſam limites natura-
oties transſcendere, quoties fluida aut alia corpo-
enitentia, vel plane aufferuntur, vel quoad molem ac
vitatem notabiliter imminuuntur. Veritas hæc cui-
atebit, quando inſigne motus periſtaltici augmen-
in ventriculo peracta alimentorum reſolutione &
ulſione, conſtrictionem ſphincteris ani & veſicæ poſt
m alvinarum & urinæ eiectionem, nec non ingen-
contractionem uteri poſt fœtus excluſionem peni-
i contemplationi ſubiecerit, & hæc deinceps duræ
ri, aliisque membranis in epilepſia & reliquis convul-
ibus a nimia humorum præprimis ſanguinis tanquam
idi univerſalis primarii evacuatione oriundis pruden-
adplicaverit. Placent igitur hoc loco adprime verba
GLIVII, quæ de cauſa convulſionis nimiis hæmor-
giis vulgo ſuccedentis diſſerens adfert: *Solidum* in-
quit;

quit, *c*) *membranoſum & ſucceſſive omnium ſolidorum m[...] branoſorum origo & fons dura mater, cum ſanguis ad contac[...] fibræ carneæ diſcurrit, duos tunc debet ſuperare reſiſtentias, [...] nempe fibræ carneæ & alias ſanguinis ad contactum curren[...] qua de cauſa ſolidorum membranoſorum vehemens, vividusq[...] ut ſuperius probavimus, motus a duplici hac reſiſtentia æq[...] libratur: cum vero ob largam ſanguinis effuſionem ſolido [...] ſculari deficit preſſio & elater, qui ei miniſtrabatur a ſangu[...] circulante ad contactum; prout faciunt moleculæ, ſive par[...] li cunei aquæ, qua magnus funis imbutus & ſaturatus vi[...] rem ab illa acquirit, & reſiſtentiam ad ſuperandam quamli[...] potentiam quieſcentem; Tunc ſolidum membranoſum, fortiſſ[...] elatere a natura donatum ſolidi carnei reſiſtentiam omnem [...] ſuperat, motusque in illo irregulares ac vehementes, quos c[...] vulſivos dicimus, excitat, ſuoque ſub imperio & poteſtate p[...] tunc motus omnes ſolidorum æque ac fluidorum.*

§. XVI.

Quemadmodum autem nullum agens phyſicum [...] lummodo agit ſecundum modulum activitatis propr[...] ſed etiam iuxta modulum receptiuitatis; ſic memora[...] quoque cauſæ in aliis ſubiectis, quæ iam diſpoſitione g[...] dent, faciliorem, in aliis vero minus diſpoſitis difficil[...] rem ingreſſum inveniunt. Præ aliis ad hunc grav[...] morbum diſpoſiti cenſentur, qui meningibus cerebri [...] nimis laxis, vel valde ſenſibilibus, ſiccis, & fortiter te[...] præditi exiſtunt: idque adhuc magis, ſi genus memb[...] naceum ac nervoſum ſimili vitio in toto corpore la[...] ret. Quandoquidem nimis laxo præſente membra[...] rum ſtatu facillime ab humoribus ob circulum tardior[...]

inſ[...]

c) Tract. de fibra motrice p. 301. in Operibus.

nſpiſſatis & impurioribus redditis ſtagnationes, ſtaſes & bſtructiones in vaſis corporis enaſcuntur, & ipſa præterea ſolidorum filamenta per cauſam leviorem in motus paſticos & convulſivos rapiuntur. Probantur hæc per xempla infantum & muliercularum laxioris & tenerioris exturæ, in quibus parva nonnunquam cauſa v. g. in prioibus dentitio difficilis, aliquot vermes in inteſtinis, lac acidum coagulatum in ventriculo; &c. in poſterioribus vero terror, aut iracundia haud adeo vehemens &c. motus epilepticos interdum producit. Patet quoque ex cauſis præreſſis remotioribus, quæ maxima ex parte ita comparatæ ſunt, ut ſolidis membranaceis & nervoſis debilitatem atoniam inducant: quod Ill. Dn. HOFFMANNVS ſequentibus quoque confirmat: *Quamvis enim*, ſcribit, *cauſa proxima & formalis in ſpaſmo magis quam atonia conſiſtit; tamen quia leges motuum, qui fiunt in machina noſtra, ita ſunt comparatæ, ut nimiam fibrarum elaſticarum conſtrictionem & ſpaſmum, demum nimia atonia, & hanc humorum congeſtio ſequatur, congeſtionem vero ſpaſmus excipiat iterum: non mirum eſt, quod cauſæ robur & tonum partium infringentes ad ſpaſmodicas ſtricturas & acceſſionum frequentiores recurſus omnino contribuant, &c.* d)

§. XVII.

Facilius cauſæ proximæ admittuntur, & malum epilepticum provocatur in illis, qui membranas cerebri & reliqui corporis ſenſibiles admodum & inſuper vel natura, vel ex morbo aliquo, vel ob ſtudia intenſiora & protracta, vel ob alimentorum, potulentorum & medicamentorum exſiccantium abuſum &c. nimis exſiccatas obtinent. Leviori in hiſce opus eſt ſtimulo ad mali epileptici produ-

D ctio-

d) Lib. citato §. 19. p. 15.

ctionem: ſiquidem interdum ſolius aeris ventoſi ac fri
di per aures admiſſio in ſubiectis eiusmodi epilepſiæ ca
ſa exſtitit: *Novi multos*, ſcribit, RONDELETIVS e), *q
cum iter facerent, ex aere vel vento concepto ſtatim epilep
corripiebantur: a qua, ſi aures bombace, aut aliqua alia ſubſta
tia molli obſtruerent, ſeſe vindicabant.* Cuius probabilis r
tio mihi hæc eſſe videtur: quando fibræ ſenſibiles & me
branæ aurium per frigus conſtringuntur, conſtrictio i
ad interiora reflexa in dura matre tanquam centro ac b
membranarum terminatur, ibidemque ſimiles motus co
tractorii vehementiores oriuntur, qui deinde ob nexu
de novo aliis corporis partibus communicantur; Qui
quod ſola nonnunquam ſiccitas nimia membranarum
ſpecie duræ matris malo huic producendo ſufficit, pr
ſertim ſi reliquæ corporis partes ob inæquale robur,
maiorem mollitiem, humiditatem & laxitatem membr
nis præprimis duræ meningi ſiccioribus ac fortius ten
non ſatis reniti valent; Illuſtrat hæc quodammodo *f
BELLINVS*, quando de convulſione muſculorum ſ
quentem ſcribit in modum: *Sint oſſa quælibet ad articul
tionem in æquilibrio poſita; muſculi igitur contranitentes
æquo in contractionem nitentur, adeoque vis alterutri ipſoru
adiiciatur, oſſa cedent ad eius muſculi partes, cui vis, qua
tumvis minima additur; Intelligatur nervus in alterutrum m
ſculorum abiens fieri quacunque de cauſa ſiccior, fiet etiam p
contractionem brevior, adeoque ſecum ducet appenſum muſc
lum cum annexo oſſe minimæ facultati cedentem, cum ſit in
quilibrio conſtitutus cum oppoſito: Si vero laxatur nervus, hui
appenſus muſculus atque laxus antagoniſtæ & contranitenti ſ*

anſa

e) Lib. I. de curand. morb. intern. cap. 36. f) De morbis ca
tis in Oper. p. 544.

nſam dabit ad fortem conſtantemque ſui contractionem, oſſium-ue ipſi annexorum violentum tractum & immobilitatem &c.

§. XVIII.

Hactenus ſcitu neceſſaria de primariis epilepſiæ cau-s propoſuimus; nunc potiora quoque de differentia e-isdem ratione *loci adfecti*, *vehementiæ*, *temporis* ac *modi in-aſionis* notanda adferre placet. 1) Reſpectu loci adfe-i diſtinguitur in idiopathicam & ſympathicam: Prior cundum QVERCETANVM g) fit vel per *protopathi-n*, i. e. generationem cauſæ morbificæ in parte iam ad-cta, vel per appulſum eiusdem cauſæ ab iis, quæ ex-inſecus veniunt - - -, vel per *deυteropathiam* i. e. ſecun-riam adfectionem, quando ſcilicet alterius partis vi-o cerebrum adficitur, translata tamen ſeu transplan-ta cauſa morbifica ab aliquo loco in illud, relicta prio-radice, foco, & ſeminario; Poſterior ſeu ſympathica cum primarium quidem in capite, focum vero in alia rte remotiori, v. g. utero, meſenterio, inteſtinis, ven-iculo &c. habet, & ex materiæ irritantis translatione r vaſa, vel a ſpaſmis per membranas connexas duræ eningi communicatis deducenda eſt. 2) Reſpectu ve-mentiæ alia gravior, alia mitior eſt: in priori ſupra emorata horrenda ſymptomata obſervantur; in poſte-ori vero ſolummodo partium capitis agitatio levior, t diſtorſio cum rigore ac ſtupore ſine ulla, vel ſine no-bili tamen membrorum reliquorum concuſſione, ſine tractione pollicum &c. occurrit. Siquidem BENI-ENIVS h) refert, ſe vidiſſe puellam Aretinam, quæ,

 cum

g) In Oper. Tom. III. de Epilepſ. p. 168. h) Vid. Sennert. in In-ſtitut. med. Lib. II. P. III. Sect. I. cap. 9. pag. 335.

cum epilepſia corriperetur, minime, ut fieri ſolet, co
debat, minimeque ex eius ore ſpuma ferebatur, ſed ſ
caput tantum hinc inde, ac ſi quid inſpicere vellet, c
tota cervice movebat, nihil interim loquens, nihil au
ens, nihil dicens. Cumque iterum ad ſe revertere
interrogata, quid egiſſet, omnia penitus ignorabat
3) Ratione modi denique ac temporis invaſionis not
dum erit, epilepſiæ paroxyſmum vel ſtata ſervare te
pora vel inordinate modo hoc, modo illo tempore
currere, & quandoque inopinatos invadere, nonnunqu
vero prodromos quosdam ejusdem præſagire adventu
Antecedunt quippe interdum, ut Bellini verbis utar, a
mi & corporis inſueta conturbatio, capitis gravitas,
phalalgia, vertigo, vigiliæ, aut plurimus ſomnus, a quo n
lum levamen emergit, inſomnia turbulenta, mentis t
por vel anxietas, oblivio, moeſtitia, pavor, formido,
gnities, artuum gravitas; ſaltus & tremores membroru
ſenſuum hebetudines, obtutus defixus, ſcintillæ oc
obverſantes, & interdum nubeculæ, aut mamaryges, l
eſt, ſplendores corruſcationibus ſimiles: aurium tin
tus, fœdi odoris perceptio, lingua inflexilis, aut eius in
dinata motio, oſcitatio, ſternutatio: cordis palpitatio
racundia, pectoris conſtrictio, mutata reſpiratio: cibi
ſtidium, aut appetitus immodicus, nauſea moleſta, c
diogmos, ſeu oris ventriculi morſus: ſalivæ per os
fluvium, urinæ tenues & crudæ, pollutio nocturna f
quentior, faciei pallor, præcordiorum inflatio, auræ f
gidæ a partibus inferioribus verſus cerebrum adſcen
& ſimilia. *k*)

§. X

i) Similia exempla etiam vid. apud Hollerium in ſchol. ad cap.
Donatum in hiſt. mirab. lib. 2. cap. 4. *k*) De morbis C
tis in Oper. p. 563.

§. XIX.

Pro indicata epilepſiæ diverſitate variat quoque ognoſis. In genere tamen dicendum erit, omnem e- lepſiam eſſe morbum gravem & terribilem iuxta ARE- ÆVM, qui loco ſupra citato inquit: *Varium & porten- ſum morbi genus eſt epilepſia, quæ dicitur latine morbus comi- alis, terribilis utique in acceſſionibus & peracutus & pernicio- s; quandoquidem nonnunquam acceſſio una hominem rapuit.* lutis ſpes ſupereſt, quando malum adhuc recens aut lummodo conſenſuale exiſtit, & ab eiusmodi morbis, ii facilius removeri poſſunt, producitur & fovetur: nec cundum Illuſtrem Dn. HOFFMANNVM plane deſpe- ndum eſt, ſi levior epilepſiæ gradus adeſt, & æger immi- entem acceſſionem præſentit per ſenſum auræ frigidæ ex rtibus extremis ad dorſum, præcordia, caput, adſcen- ntis, quem anxietas, virium defectus, & ſtomachi ad vo- itum propenſio præcedunt: aut quando ſub paroxyſ- o ſenſus non penitus aboliti, ſed ſaltem imminuti fue- nt; aut denique malum noctu invadit ſine pollicum in- rvatione *l*). In quibusdam, ſi durationis tempus ſpe- etur, in longum extenditur, in aliis citius tollitur: ple- mque autem in juvenibus circa pubertatem, poſt vene- s uſum & ſeminis ſecretionem, vel purgationes men- tuas aut imprægnationem ſolvitur; *m)* Sin tunc vero on tollitur, aut poſt illud tempus demum contrahitur, lerumque commoritur, & omnem curationem, præſer- m ſi aliquid hæreditarii ſubſit, plane reſpuit, quod HIP- OCRATES & CELSVS dictis ſuis iam dudum confir- arunt; Prior enim ſcribit: *epilepſia, quibus ante puberta-*

D 3 *tem*

l) In Med. Syſtem. I. c. p. 17. *m*) Conf. HIPP. Aphoris 45. Lib. II.

tem contingit, curationem recipit: quibus poſt vigeſimum qui
tum annum, eos fere comitatur ad mortem usque; *n*) Poſ
rior vero ita differit: *Interdum tamen, cum recens eſt, homin*
conſumit, & ſæpe eum, ſi remedia non ſuſtulerunt, in pueris ve
ris, in puellis menſtruorum initium tollit. *o*) Terminatur
degenerat non raro malo omine in melancholiam, pa
lyſin, cœcitatem, ſtultitiam, memoriæ amiſſionem a
cum præſagio mortis in ipſam apoplexiam.

§. XX.

Species epilepſiæ ſympathicæ, cujus mentio pr
lixior nunc injicienda eſt, *epilepſia uterina* ſeu *hyſter*
exiſtit, quam veteres interdum *Catalepſiam* vocaru
Hæc in ſexu ſequiori obvia ordinario fluxum menſiu
aut lochiorum irregularem, vel plane ſuppreſſum,
ſpaſmis hyſtericis magis minusve ſtipatum, pro fund
mento ac cauſa efficiente primaria agnoſcit. Supp
ſitis quippe obſtructionibus & ſpaſmis in utero tanqua
viſcere ob membranarum copiam admodum ſenſibi
& ob miram numeroſiſſimorum vaſorum diſtributi
nem ad ſpaſmos proniſſimo, præſto ſunt regurgitation
& congeſtiones ad partes alias remotiores, quæ qu
vis modo cum utero conſenſum fovent, aut ob debi
tatem ad recipiendam cauſam quandam morbificam c
ſpoſitæ exiſtunt: Verum, ut res clarior evadat, nota
dum erit, epilepſiam hyſtericam duplici modo enaſ
poſſe, ſcilicet 1) per communicationem ſpaſmorum,
2) per congeſtionem & tranſlationem ſanguinis copio
ſpiſſi, acris & impuri. Vtriusque modus ac ratio cu
vis anatomiæ perito & conſenſus gnaro luculentiſſin
pateb

n) Aph. 7. lib. 5. *o*) Lib. 3. cap. 23. p. m. 185.

tebit. Nam ſi membranæ uteri, quæ ut & omnes
æ â dura matre originem ducunt; ſpaſtice ſeu vehe-
entius conſtringuntur, non tantum hi ſpaſmi partium
eriorum graviores ob nexum arctiſſimum ſolidi mem-
anacei duræ meningi tanquam baſi ac centro com-
unicantur, ibidemque pariter contractiones vehemen-
excitant & fluidorum circulum & influxum turbant,
ſanguis quoque vaſa uteri &c. obſtructa & con-
icta intrare neſciens ex ſuperioribus partibus libere
cendere impeditur, & inſuper per ſpaſmos copioſe
cerebrum premitur, hinc neceſſario ibidem reple-
nes, ſtagnationes, diſtenſiones, & ab acrimonia cau-
a ſub ſtagnatione ſecedente vellicationes, adeoque
nvulſiones enaſci debent.

§. XXI.

Præmiſſis & cognitis ſcitu dignis & neceſſariis ex
hologia de natura ac cauſis epilepſiæ, tum cujuscun-
e in genere, tum ſpeciatim uterinæ, cognitu nunc
oque facillimum erit, ægram noſtram generoſam pa-
r epilepſia & quidem leviori atque hyſterica labora-
Illa quippe, ut morbi ortum ac progreſſum conſi-
ationi ſubjiciamus, ab incunabulis placentis & cibis
rioribus veſci conſuevit, quos tamen ab teneriorem
debiliorem ventriculi conſtitutionem, præſertim cum
tulentis parcius uteretur, nec corpus motu ſufficien-
exerceret, non ſatis digerere atque in chylum flui-
m ac laudabilem convertere potuit; hinc factum eſt,
ſucceſſive ob tonum ventriculi magis magisque labe-
tatum copioſæ cruditates acido-viſcidæ colligeren-
, & inſignis humorum impuritas ſuccederet. Na-
a quidem per expulſionem materiæ acris, impuræ &
ſcabio-

ſcabioſæ ſibi conſulere, & humores denuo depurare
niſa eſt: verum quum neglecto ventriculi robore vi
primæ digeſtionis neque convenienti diæta tempeſt
præſcripta, neque congruis medicamentis emend
fuerint, fomes ſive ſaburra impura in primis viis reli
eſt, adfluxus impuritatum in ſanguinem, & conſequ
ter quoque impuritas humorum cum enata inde ſ
bioſa cutis defœdatione nullis remediis cedente perc
ravit. Credendum quoque eſt, cubiculi humiditate
qua poſita neceſſario tranſpirationis imminutio, ſoli
rum relaxatio, & major impuritatum collectio pon
da eſt, nec non continuatam diætam irregularum, uſ
pata unguenta externa ex parte repellentia, imprud
tem eryſipelatis repulſionem & ſimilia, multum ad
puritatum & acrimoniæ augmentum contuliſſe.
bus ſic comparatis, aliter fieri non potuit, quin pa
ſalinæ acres primo membranis muſculorum infixæ,
viores contractiones convulſivo-ſpaſticas â partil
corporis exterioribus ad medullam ſpinalem propa
tas provocarent, & tandem quoque humores craſſi,
coſi, & acres tum ſubſiſtendo ac ſtagnando, tum ſp
mos excitando, vaſa ac poros uteri obſtruerent, &
ratione fluxum menſtruum regularem & juſto temp
erupturum retardarent, impedirent & turbarent.
cedente hoc uteri vitio majores inſultus epileptici
borti ſunt, qui partim â ſpaſmis uteri membranis
pitis per conſenſum communicatis, partim â congeſt
nibus vehementioribus ſanguinis craſſi, acris & imp
ab inferioribus ad ſuperiora derivandi ſunt; quod in
alia exinde patet, quod ægra generoſa ordinario c
inſtantem catameniorum fluxum motuum epilept

n exacerbationes ſentiat, & ſubſultus convulſivi in
le dextro incipiant, atque per ſpinam dorſi deinde
que ad cervicem & caput adſcendant. Præter cau-
primariam in utero quærendam accuſanda quoque
t debilitas univerſi generis nervoſi, adfectus animi
æſertim iracundia, triſtitia, mœror & amor clande-
ius, quorum prior multum ad faciliorem cauſæ ma-
ialis receptionem, poſteriores vero ad ipſam mali
oductionem conferunt, & totum ſyſtema functio-
n animalium turbant. Medici poſteriores non omni
m culpa liberandi ſunt. Nam aliquot abhinc annis
ngrua & efficacia emmenagoga præſcribere debuiſ-
t, ut regularis menſium fluxus contingere potuiſſet.
nc malum radicatum & habituatum eſt, & medico
ltum faceſſet negotii: nondum tamen de ſanitate re-
eranda, aut malo ad minimum notabiliter mitigan-
deſperandum eſt, quoniam affectus convulſivo-epi-
ticus levior eſt ſine ulla pollicum incurvatione & æ-
m ſolummodo noctu invadit. Prudens tamen cura
n exacta diæta conjungenda, & ſedulo proſpicien-
n erit, ut primo motus convulſivi & ſpaſtici miti-
ntur, ac plane, ſi fieri poteſt, ſiſtantur, & deinde ut
xus menſtruus in ordinem redigatur atque reſtituto
triculi robore chyli laudabilis & ſanguinis boni ela-
atio procuretur.

§. XXII.

Ad obtinendam primam indicationem præter auxi-
diætetica deinceps recenſenda in genere ex pharma-
ticis commendantur 1) Remedia roborantia & nervi-
tam interna quam externa; Ex internis huc ſpectant
ntia ambræ, ſuccini, ligni aloës, caſtorei, ſpiritus

C. C. ſuccinatus doſi refracta reliquis additus &c. I
terne vero maxime locum habent ſacculi cephalici
cucuphæ ex rad. cyperi rotunda, herba majoranæ, r
liſſæ, origani, ſerpilli, thymi, roriſmarini, flor. lav
dulæ, ſpicæ, anthos, chamomillæ Romanæ & ſim
cis, ſuccino contuſo, caryophyllis aromaticis &c.
non pulveres capillis inſpergendi ex radice iridis F
rent., flor. lilior. convall:, maro vero, ſuccino, benz
caryophyllis &c. & præter hæc quoque linimenta n
vina ex balſamo vitæ Ill. Dn. HOFFMANNI, aut o
deſtillato meliſſæ, citro Ital., rorismarini, lavendulæ
majoranæ, ſpiritu lilior. convall: meliſſæ, theriacal
ſimilibus. 2) Antiſpaſmodica abſorbentia leniter
craſſantia ac diſcutientia v. g. pulveres ex ungula alc
cranio humano, C. C. ſine igne præparato, rad. pa
niæ, dente hippopotami, caſtoris, lapide manati, co
liis rubris, ſuccino albo præparato, caſtoreo, cinna
ri, ſemine lycopodii, lumbricis terreſtribus, nitro,
acetoſellæ &c. ſpecificum cephalicum Michaelis; in
ſa theiformia ex herba meliſſæ, baſilici, floribus pa
lyſeos, cort: citri & aurantiorum; potiunculæ ex aq
temperato ſulphure vaporoſo imprægnatis v. g. ex a
deſtillata lil. convall. meliſſæ, flor. tiliæ, ceraſorum ni
nucleorum perſicorum, ceraſorum, prunorum, a
flor: acaciæ, pæoniæ &c: cum pulveribus prædi
convenienti proportione mixtis, nec non tinctura c
citri, aurantiorum, macis, ſpiritus nitri dulcis rite p
paratus, liquor anodynus mineralis Ill. Dn. HOFF
pillulæ ex ſagapeno, opoponace, aſa fœtida, myrr
caſtoreo, cinnabari, extracto card. benedicti, cham
millæ vulgaris & oleo cajeputæ &c.

§. XX

§. XXIII.

Procurata aliquali ſpaſmorum remiſſione ad fluxus menſtrui promotionem atque regularitatem maxime reſpiciendum erit; adeoque in hunc finem emmenagoga in uſum vocari poterunt, quæ reſolvendo, roborando ac leniſſime ſtimulando operationem ſuam abſolvunt. Selectioribus adnumerantur pillulæ ex gummi bdellio, galbano, ammoniaco, ſagapeno, myrrha electa, aloë Soccotrina, extracto croci, rhabarbari, borrace Veneta, caſtoreo & oleo ſabinæ, nec non pulveres ex cinnabari, ſuccino præparato, cinnamomo, croco, & borrace Veneta. Horum efficacia deinde venæſectione, inſtante fluxu menſtruo in pede adminiſtrata, nec non pediluviis & inſeſſibus uterinis ex herba menthæ, origani, flor. calendulæ, matricariæ, ſambuci, chamomillæ ſimplicis &c. adjuvanda erit. Ne impuritates quoque in primis viis continuam malo fomitem præbeant, & ventriculi imbecillitas harum collectioni faveat, præmiſſis & quandoque interpoſitis clyſteribus, laxantibus & purgantibus mitioribus ex rhabarbaro, aut radice ipecacuanhæ, roborantia ſtomachalia inter prandendum ſeu potius ſub finem prandii adſumta, exhibenda ſunt; Præſtat tamen temperatiora, cujus generis ſunt elixirium viſcerale Ill. Dn. HOFFMANNI nec non tincturæ vel ſpirituoſæ vel aquoſæ ex rad: gentianæ rubræ, flavedine cort: citri & aurantiorum, herba meliſſæ, mace & cort: chaccarillæ, ſeligere, ne ſpaſmi per acriora & calidiora forſan propinata augeantur, & loco medelæ noxa inferatur.

§. XXIV.

Verum enim vero minime neceſſarium duco, ut æ-

gra noſtra ſingula remedia, quæ generalius ſolummo
recenſita fuerunt, adhibeat, ſed eo noſtrum tendit co
ſilium, ut curam ſequenti modo inſtituat. Primo ſ
demus, ut ægra generoſa exactam diætam, â qua in h
& aliis morbis chronicis plus auxilii, quam â pharm
cis exſpectandum eſt, obſervet, & proinde ae
mutationem, quam Hippocrates jamdudum magn
pere commendavit, ſuſcipiat, corpus probe tectum
contra frigoris externi iniurias munitum frequenti,
niori tamen motu exerceat, & cibos facillimæ reſo
tionis ac boni ſucci, v. g. juſcula carnium pullorum g
linarum, atque columbarum, carnes vitulinas, pul
rum & ſimilia adſumat, atque potu temperato, cujus
dolis eſt ſerum lactis, decoctum hordei cum radice ſc
zoneræ, cichorii, ſarſaparillæ, ſem: fœniculi, paſſ
minoribus & pauxillo raſuræ C. C. &c. utatur. Ma
me autem, ne genus nervoſum porro debilitetur & m
tus animales turbentur, animi adfectibus habenas i
cere, & iracundiam, terrorem, triſtitiam, mœrorem
præpoſterum amandi deſiderium cane & angue pe
fugere debet. Nocent quoque cubiculi humiditas,
menta craſſa fumo indurata, acida, flatulenta, fruc
horæi, dulcia & alia fermenteſcibilia, immoderat
vini præſertim recentis aut ſulphuris fumo infecti, n
non cereviſiæ calidioris aut nimis lupulatæ potus,
mis frequens & largior venæſectio, medicamenta ni
aromatica, ſpirituoſa, exagitantia & narcotica, aliac
hujus generis, quæ ſingula igitur longe etiam remove
da ſunt.

§. XXV.

Ordinata diæta pharmacis quoque ſuccurrendu
e

; in quem finem primo omnia ea commendamus,
æ alvum blande laxant, & libertatem ejusdem con-
vant, ut ſunt paſſulæ rhabarbarinæ vel pulvis rhabar-
i una vice ad ſcrupulum unum ante prandium ex-
itus, nec non clyſteres leniores ex emollientibus &
tergentibus parati. Apparente quoque forſan in-
iatione ad vomitum doſin pulveris ex 18. granis rad.
cacuanhæ & 6. granis tartari ſolubilis in commodo
iculo propinare, idemque, ſi bilioſo-mucoſæ impu-
tes per ſuperiora evacuantur, & ſymptomata paulu-
1 remittunt, elapſis quatuordecim diebus repetere
iducet. Præter memorata deinde ſequentia in uſum
anda erunt. Rec. C. C. ſine igne præparati, ungulæ
s ana drachmam unam, ſuccini præparati, cinnaba-
ana ſcrupulum unum, nitri depurati ſcrupulos duos
F. l. a. Pulvis pro 7. l. 8. doſibus S. Temperirendes und
mpff-ſtillendes Pulver. Rec. Eſſ. cort. citri, aurant. hb.
liſſæ, rad. gentianæ rubræ ana drachmam unam, eſſ.
rrhæ, macis, cort: chaccarillæ ana drachmam ſemis.
D in vitro S. Stärckende Magen Eſſenz. Pulvis alter-
diebus veſperi ante cubitum in aqua ceraſorum, lil.
ivall. aut flor. tiliæ; Tinctura ſtomachalis vero vel
im ejus loco elixirium viſcerale Ill. Dn. HOFFM.
otidie ſub finem prandii ad guttas 40. 50. 60. exhibe-
. Hiſce deinde jungitur uſus pillularum ſequentium,
e teſte Illuſtri Dno HOFFMANNO inſignem in
ſmis & motibus convulſivis mitigandis efficaciam
ius jam monſtrarunt. Rec. Extract. card. bened. cha-
millæ vulgaris, g. ſagapeni, opoponacis, aſæ fœti-
, myrrhæ, caſtorei, olei cajeputæ ana drachmam ſe-
. M. f. l. a. Pillulæ ex ſcrupulo num: XX. Harum

E 3 duo-

duodecim mane, & totidem veſperi & quidem per
tuor aut quinque dies degl utiuntur, poſtea vero per
tuor dies pulvis iterum & elixirium viſcerale, quæ
temporis, quando pillulæ exhibentur, ſeponuntur,
panda erunt.

Externe præterea pediluvia temperata, & inter
quoque ſtatim deſcribendum linimentum, quod ſ
dorſi, genubus & pedum articulationibus robor
fine ſæpius inungendum eſt, utilitatem præſtab
Rec. Axungiæ humanæ, olei nucis moſchatæ exp
ana unciam unam, olei lavendulæ, majoranæ, roris
rini, rutæ, coryophyllorum ana drachmam unam,
ſami Peruviani unciam ſemis M. F. l. a Liniment
Hæc ſunt, quæ in præſenti ſuadenda duxi, quæ ſi
ſerventur, non dubito, quin benedicente Nu-
mine ſanitas niſi ex toto, tamen ex par-
te reditura ſit.

FINIS.

N

NOBILISSIMO

DN. CANDIDATO

S. P. D.

FRIDERICVS HOFFMANNVS

iſſimi Poruſſorum Regis Archiater & Conſiliarius intimus, Ordinis Medici h. t. Decanus.

NOn ſolum TV optaueras, verum ego etiam promiſeram, inaugurali diſſertationi, quam, tuo ſtudio elaboratam, mihi cenſendam obtuliſti, in publica eius ventilatione ſidium & moderamen meum. Quum vero primi is is ſit genius, vt parum de conſtantia tempeſtatis mittere ſibi liceat; ætas autem illa, quam DEO te conſequutus ſum, non æque facile, ac priores dem anni, ferat ſubito incidentes mutationes illas, s prævidere a compluribus diebus non licet: tute ipſe facile admiſiſti illam excuſationem meam, & ſenſiſti in meum conſilium. Nolui tamen commit-, vt prodeat iſta TVA diſſertatio, aut TV ipſe a nodiſcedas, ſine teſtimonio mei de tua doctrina & viribus iudicii. Non enim ſolum in vtroque examine um TE præſtitiſti & artis probe gnarum oſtendiſti, um etiam, quoties mecum priuatim colloquutus es, deſtiam, humanitatemque illam mihi comprobaſti,

quæ

quæ gratioſo ordine, cui adſcribendus es, publica i
inauguratione, digniſſimum TE faciunt. Gratu
itaque honoribus TVIS, atque, vt per omnem vita
Dei fauore, felix fortunatusque ſis, artemque in h
mani generis plurimum fructum exerceas, ex ani
apprecor. Vale. a. d. XXV. Martii
cIↃ IↃcc xxxvi.

Dignum laude facis, ſtadium irrequiete labore
Currere dum pergis, recta virtutis ad ædem:
Perge, ita, ceu pergis; condigna brabea ſequentur.

C. L. ÆPLINIVS

Hallenſis Medicinæ Candidatus

Du eilſt Gelehrter Freund auf den erhabnen Standt
Wo mancher groſſe Mann die Probe abgeleget.
Man eilt Dir häuffig nach, Wir, die wir längſt erkant
Daß Dein gelehrtes Haupt mit recht den Lehr-Huth träget.
Wir kommen, unſre Luſt an dieſem Kampf zu ſehn:
Die andern folgen nach, ſie ſehn Dich an, ſie hören,
Sie mercken bald wie weit Witz, Fleiß und Einſicht gehn
Und ſtimmen freudig bey Dein Wiſſen zu verehren.

Heinrich Chriſtian Dürfel

Sax. Goth. Thuring. Stud. Med.

Mein Freund betrit getroſt Galenus Ehren-Stuffen
Wohin Dich eigner Fleiß und ſeine Gunſt geruffen.
Es folge Glück und Heil Hoch-Edler tauſendfach
Wie Deiner Freunde Wunſch und froher Zuruff nach.

Ernſt Auguſt Dürfeld

Sax. Goth. Thur. Med. Cul